

XIII. En quam manifeste ipsemet P. Sanchez confutet suos adversarios. Candide fateatur ille amphibolia exteriori plura tegi non posse. Quare, nisi modus restrictionis pure mentalis licitus sit, multa tegi nequeunt absolute mendacio. Cur? Quia verba ex se ambigua non passim inveniuntur; quod verissimum est. Adde potest, quod verba ambigua sepe illis audientes resciscunt, quive tot interrogationibus urgent respondentem, ut invocationi exteriori locus minime relinquatur. Quare concludit P. Sanchez admitterendum esse usum restrictionis *pure mentalis*, nec discernendum de mendacio: quia *mens non intendit dicere quod verba exteriora sonant*, sed iuxta sensum intra mentem retentum. Causas vero sufficientes adhibendi eiu modi restrictionis assignat loco citato n. 19. his verbis. *Causa vero iusta utendi his amphibologis est, quoniam id necessarium, aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familiares, iustitias; vel ad quælibet alium virtutis actum, ita ut occultatio censetur tunc expedire, ac iustitia. Hæc est ipsamet, sine ullius syllabæ varietate, propositio 27. damnata ab Innocentio XI.*

XIV. Ex quibus omnibus clarissime colliguntur duo. Primum, P. Sanchezum docere propositiones prout sunt ab Ecclesia damnatas. Quia Ecclesia damnat has propositiones in eo obvio quem præferunt sensu. At in hoc eodem obvio quem ex se præferunt sensu, eas docet Sanchez: non enim aliquid in tota illa disputatione habet quo corrigat præfatam doctrinam; quin rationes quas promittit ad propugnandas dictas propositiones, maiorem redolent laxitatem. Nemo itaque, nisi qui in meritis cæcitate velit, obtrudere iure valet, eandem propositiones esse damnatas prout *iacent*; non vero prout sunt in Auctoribus e quibus fuerunt deceptæ; quemadmodum scribit P. Gabriel Daniel in addito ad suam dissertationem de restrictione mentali, & confirmat P. Viva, & alii. Secundum est, ipsam P. Sanchez, occultasse adversarios. Quoniam, ait, restrictiones exterioræ, seu verba ambigua, & ab externo signo determinabilia, non semper occurrunt; ideo recurrendum est ad restrictionem mere internam: & ipse P. Viva hac utitur doctrina, ut vidimus, pro rutilcis, seu hominibus ingenii minus acuti. *Quando tamen non occurrat commoda æquivocatio, aut restrictio externa, si causa sit gravis, rutilcis possunt usu duplitis sententiæ facile obvio veritate occultare. Vident? Quando rutilcis, & consequenter artifices, & communiter ho-*

mines, nesciunt efformare æquivocationem, aut externam restrictionem, isti omnes utantur restrictione illa obvia quæ rudi, nempe duplicis sententiæ, seu *nescio ad dicendum, nescio ut manifestabile*, quod paucioribus verbis dici poterat; quando non occurrat æquivocatio, aut restrictio externa, utere interna. Idque magis patet, si advertatur, P. Viva excludere omnem externam restrictionem: nam excludit æquivocationem, quando non occurrat commoda æquivocatio; relictæ quoque restrictionem externam, quæ aut per verba ex se ambigua, aut per verba ex signo, vel circumstantia exteriori determinata, prodant sensum internam. Exclisus autem his omnibus exterioribus locutionibus, consistit ad usum notitiæ internam, incomunicabilis, id est ad restrictionem internam, cum externam ut insufficientem iam reiecit. Sed restrictio mere interna est proscripta. Ergo &c.

XV. Obiicit. Quo pertinet tantum studii, ut P. Sanchez auctor probetur propositionum damnatarum? Id non aliud indicare videtur nisi vel similitatem, vel voluntatem detrahendi viro de Theologia optime merito. Nihil licet referat quod hic, vel ille Auctor docuerit sententias proscriptas, dummodo doctrina damnata reiciatur. Resp. Hæc obici posse a quibusdam minus in theologica facilitate peritis, nullus ambigo. Verum ab illis quaro, cur tam sollicita Ecclesia sit, ut ostendat, quinque propositiones reperiri in IANSENIO, & in sensu IANSENII esse damnatas? Non sane ob aliam rationem, nisi quia, semel admisso non esse proscriptam doctrinam prout reperitur in Libro ex quo decepta est, proscriptio Ecclesiæ frustranea esset, nihilque damnasset: quoniam Iansenii affecta detestarentur, sicut rutilia se detestari audent, quinque propositiones proscriptas ut *iacent*, sed essentur semper, sicut existunt, illas non contineri in Iansenio, saltem eo in sensu quo proscriptæ sunt: & hac via possent impune infectam Iansenii doctrinam membribus infillare. Quod estugium sapienter Romana Sedes occultat, ut fidelibus iuis damnatam doctrinam cave-ret. Porro, si in Iansenio omnes detestantur hanc labolam incedendi viam; cur in simili causa in aliis præter improbandam non erit? Quod due propositiones, nempe 26. & 27. proscriptæ ab Innocentio XI. reperiantur in Libro P. Sanchez, evidentissime demonstraturum est. Et nescio, an aliquod factum simile, de quo adhuc iuridice non constat

possit

possit evidenter probari. Quo posito, iam responso patet, me, non animo detrahendi P. Sanchez, sed desiderio liberandi fideles a periculo amplectendi proscriptam doctrinam, ostendisse in Libro P. Sanchez damnatas reperiri propositiones. P. Sanchez summo obsequio, ceu virum in Theologia, ac sacris Canonibus apprime versatum, suspicito, & pietate, morumque probitate oratum veneror; sed subteritium solum, sed errate cum plurimis aliis & doctis, & gravissimis Theologis. Erravit defendens opinionem quæ, si communior, factis communis erat. Nihil ergo fama, & decus tanti Theologi decrevit, quod docuerit opinionem quem ipse reputavit probabilem, & forte veram, quamve alii Theologi propugnabant. In id ergo curæ nostræ incumbunt, ut fideles a doctrina damnata avocemus: quousque in lectores, interpretationibus P. Viva, Danielis, & aliorum decepti, in præteritum ducantur que docet P. Sanchez de restrictionibus mentalibus certissime, ut ego quidem arbitror, amplectuntur doctrinam ab Ecclesia proscriptam: quia certissimum est dictas propositiones damnatas in præfato Libro doceri absolute illa correctione. Et, quam verum id quod asserimus, sit, patet ex ipso P. Viva, qui, ut defendat propositiones proscriptas non reperiri in sensu proscriptis in P. Sanchez, & aliis Auctoribus perique ab eodem P. Sanchez citatis, replea, ut probavimus, docet doctrinam restrictionum pure mentalium.

XVI. Id demum quod nos cogit plus iustro sermone producere, est maxima causæ quam versamus gravitas. Si duos Libros integros exaravit Augustinus, ut controversiam de solo mendacio officioso, quod limites peccati venialis non excedat, pro dignitate tractaret, non erit certe damnanda in nobis prolixitas, qui non solum mendacii, sed perituri gravissimi; non mendacii solius ob vitam proximi, aut propriam, aut salutem aternam obtinendam prolata, sed mendacii, & perituri perpetrati ob honorem, ob res familiares, merces licet marcebiles cultodiendas, causam gravissimam agimus. Quamobrem cum Augustino dicemus: Si quæsitio mihi esset de solo officioso mendacio, haudquaquam tam longum produxissim sermone; maxime, si iuxta Callianum limites, in extremo tantum calu vitam tuendi humanam mendacio uterentur homines: non quod vel in tali eventu mendacium approbem. Verum (inquit Augustinus Lib. cont. Mend. c. ix.) quod fatendum est, ita humanas animas quamdam compensativa peccata per-

turbant, ut etiam putentur debere laudari, ac potius recte facta dicuntur. Quare dicemus ad veritatis: Si pro humana servanda vita, si pro contemendo sacro baptisimato infideli animam agentis, restrictiones vultis adhibere mortales; eas, tamen invitus, præterierit forte; aut non tam vehementer commoveret; aut in presentia causam agnamus de mendacio iuramento firmato, omnino postulat ratio ut non verbis, non prolixitati parcamus, quo perituri, quoad fieri potest, fugienda iudicemus. Dicam itaque cum Augustino laud. Lib. c. xxx. *Aut ego cavenda mendacia recte agendo, aut contentenda sunt penitendo; non autem, cum abundanter infeliciter vivendo; agenda sunt & docendo. Sed eligat qui hoc putat, unde subveniat periclitanti homini ad quamlibet salutem qualicumque mendacia, dum tamen & apud tales obtineamus nulla causis nos adpetentium, & blasphemandum oportere prodicere. Ita saltem scelera vel amplius stupris, vel certe non minora iudicemus.*

XVII. Etenim huic capiti impono alius D. Augustini verbis, que miram in modum quadrant in hæc nostra infelicitatis tempora; quibus non mores ad leges, sed leges ad mores inflectuntur. Non modo perituri pertranant: sed, inquit Augustinus laudato Libro c. xviii. *sunt in eis docti, qui etiam regulas figant, sineque confirmant, quando debeat, & quando non debeat peccari. O ubi estis fontes lacrymarum? Et quid faciemus? Quo ibimus? ubi nos occultabimus ab iracundis, si non solum negligimus cavere, sed andemus insuper decessere perituri? Videmus enim super auctores, desinensore mendacii, quæ sit genus, vel quæ sit genera mentendi eos iustificare delectat. Saltem in Dei cultu concedunt non esse mentendum, saltem sese a perituri, blasphemique continent, saltem ubi Dei nomen, ubi Deus testis est, ubi Dei sacramentum interponitur, ubi de divina religione sermo promittit, sine consensu, nemo mentitur, nemo laudet, nemo doceat, & precipiat.*

## CAPUT XV.

*Alia causa cur recentiores plerumque seipsa doceant restrictiones puras mentales, & consequenter mendacia. Refellit explicatio qua P. La-Croix interpretatur propostionem damnatam. Eius iudicium in P. Cardenus approbat, atque in alios extenditur auctores.*

**I.** Secunda causa cur recentiores plerumque in errore nolentes incidant restrictionis purae mentales, & consequenter in mendacia, inde oritur dicit quod rerum ordinem pervertant, viliu pretiosis, & corporalia spiritibus anteposentes. Haec duo simul copulare etiam cum veritatis dispendio contentum: custodiam ferretorum naturalium, sacramentalis confessionis, aliarumque veritatum occultarum, quas caritas, prudentia, iustitia, & fidelitas celari iubent; & proprii corporis conservationem, quam tartan rectam tueri volunt. Iura humane vitae consistant per illos oportet. Si autem aliteratum perire debeat; pereat veritas, & vita consistat. Si maritus pugione distracto, uxorem adulteram aggredditur, ut iuramento dato, confiteatur adulterium perpetratum; neget le adulterium perpetrasse, atque negationem iuramento confirmet, ut vitam servet. Causam istam optime explicat Augustinus Lib. cont. mend. cap. xviii. *Quid quod vitae huius sales auatorem, ut eam non dubitent proponere veritati, ne homo moriatur, immo et homo quandoque moriturus aliquanto serius moriatur, non tantum mentiri, sed etiam peierare nos volumus, ut videlicet, ne aliquanto citius transcat vana salus hominis, nomen Dei nostri accipiamus in vanum? Et sunt in eis docti, qui etiam regulas figunt, sineque consistant, quando debeat, quando non debeat peritari.*

**II.** Porro ut haec duo seruent, paradoxon obtrudunt omnium dolosissimum. Opponent namque, consequi alicui praepcepta esse impossibilia, quae est haereticus Lanfantiana; nisi dicamus, licitum esse viliu restrictionis mentalis, quae veritatem occultemus. Nam praepceptum custodiendi sigillum urget: tacere non licet, quoniam ipsam silentium veritatem proderet. Ut loquamur ergo necesse est. Dicendum igitur, vel quod praepceptum custodiendi sigillum sit impossibile; vel quod verba in tali eventu suam amittant significationem; vel quod relate ad scientiam in-

communicabilem verba aliquem verum sensum continent non incommunicabilem. Nemo tamen: necesse est ut aliquis modus occultandi veritatem licitus sit. Hoc paradoxon fundatur in ordinis rerum perversione: siquidem istius doctrinae Theologi pretiosa viliu postponunt, noluntque laetantibus effusione sigillum obsequere, ut Patre doctore post Augustinum; sed verborum dumtaxat fallacia. Dicunt, itud esse iugum gravissimum humanam superans fragilitatem.

**III.** Hoc paradoxon ipsum, quo rerum ordo turbatur, sibi obicit Augustinus, illudque convellit Lib. cont. mend. cap. xviii. *In hoc errant homines quod subdant pretiosa viliuibus. Cum enim concesseris admittendum esse aliquod malum, ne aliud gravius admittatur; non ex regula veritatis, sed ex sua quisque cupiditate, atque conservandae veritatis malum, & id putat gravius quod ipse amplius exhorrescit, non quod amplius reverentius fugiendum est. hic totum ab amicitia pervertitur, signatur vitium. Cum enim dicitur vitae esse iusta, ista sempiterna, quae dicitur vitae mittitur, altera temporalis, in qua more sumus: cum quisque istam temporalem amplius diligere coepit quam illam sempiternam; propter hanc, quam diligit, putat omnia esse facienda: nec ultra estimat graviora peccata quam quae huic vitae faciunt iniuriam, & vel ei commodatius aliquid inique, vel illicite auferunt, aut eam penitus illata morte adiungunt. Pluribus rationibus refellit Augustinus praetatum paradoxon, adducitque sibi exemplum mulieris Hierichuntinae, quae mentita fuit, ut vitam & suam, & hospitium servaret. Ostendit autem Augustinus, quod mulier illa, si vera fuisset Israelitis, deservisset sanguinis effusione & hospites, & veritatem subdred. Lib. cont. mend. c. xviii. *An non posset interrogantibus dicere: Scio ubi sint, led Deum timeo, non eos prodo? Possit hoc quidem dicere, si iam esset vera Israelitis, in qua deus non esset, quod futura erat per misericordiam Dei transiens ad civitatem Dei. Verum illi hoc auditio, inquit, illam perimerent, domum servatorem... Si tamen a suis erubuit esse occisa pro misericordiae opere, vitam ipsam finiendam pretiosa in conspectu Domini morte finisset, & erga illos eius beneficium inane non fuisset.**

**IV.** D. Augustinus nullo negotio elidit obiectum Iosophina. Sigillum custodiendum docet, & sanguinem custodiendum vult potius quam aut mittendum, aut innocentes prodendos. Revolve omnes recentiorum Pro-

habi-

babilitatum libros hoc de argumento, & vix unum reperies docentem mortem libeundam, sanguinem custodiendum esse, ut evitetur periculum mendacii officiosi, excepta autem: & religionis materia. Quae, ait Augustinus, huic vitae mortali nocere possunt, summoque horrent: vitam ipsam nimis preciosam faciunt. Ex quo principio sequitur, eos obicere ut impossibilia illa praepcepta quae aliquando observari nequeant, nisi cum periculo vitae: de quibus infra.

**V.** Tertia causa deceptionis est, quod amicum, & peccatorem Confessarii casum permisceant cum aliis casibus. Porro, simul atque de aquivocationibus, & restrictione mentali sermonem inmittunt, casum Confessarii, vel Principis Secretarii opponunt. Custodia sigilli confessionis iuris naturalis, divini, & humani est. Debitum conservandi hocce sigillum cuiuscumque alteri debito preit. Hinc homines christianae professionis erga istius sigilli custodiam maxima preoccupazione, aliquando iusta, praeventi sunt. Qua de causa facillime credunt, & absque debito examine excipiunt quidquid pro istius sigilli custodia in libris legitur. Hoc igitur Confessarii exemplo mens humana perinata, ad credendum vitium duplicis scientiae communicabilis, & incommunicabilis, aut viliu materialem verborum licitum esse, iam veluti quodam pondere pressa inclinat; immo in errorem incidit, quod iudicat, omnibus indiscriminatum hominibus pro occultanda veritate licere ista ut loquendi formulae quas pro custodiendo sigillo Confessarii usurpant.

**VI.** Plura, immo innumera, proferre possem documenta, quibus hanc quam insinuavi erroris causam munire. Unum aut alterum referam. P. Gabriel Daniel, qui communem Theologorum sensum exhibet in sua de restrictione mentali dissert. part. 1. num. 1. haec habet. *Quod de Confessario dico, transferas licet ad res alias, sive de arcano gravi agatur, sive de iudice, qui iuxta iuris leges, & formulas non interrogari, vel absque auctoritate, & legitima possessione. Eademque ratio de secretis quassionibus ad mores praesentium iudicandum... Aa!i Auctores expressius id docent: quin ampliori potestate, & privilegio donant rudes homines, ignorantes artificium amphibologiarum. Statuant namque pro istis latis esse ut veritatem occultare intendant iuxta unum ex tot modis quos Theologi adinventerunt pro veritatis occultatione. Sic Villucius tractat. xxv. cap. xi. num. 328. Pro rudibus, qui*

Conc. Theol. Tom. III.

*nesciunt in particulari concipere amphibologiam, satis est, si habeant intentionem affirmandi, vel negandi in sensu qui continet verum veritatem, ad quod necesse est ut saltem in universalis sciendi se posse negare in aliqua vero scire. Vident? Invenit est tandem verus sensus non solum occultandi, sed etiam negandi veritatem. Idem docent P. Viva, Calpatriani, & communiter recentiores plerumque. Porro infra ostendemus casum Confessarii absolute esse peculiarem: Plura vel de ipso Confessario, quae a mendacio purgari nequeunt, docent. Perperam esse Confessarii portate colligunt, quosque homines posse ultrarare istum duplicis scientiae, communicabilis, & incommunicabilis.*

**VII.** Ultima tandem causa cur recentiores in hac questione decipiantur, est iustissima explicatio qua interpretatur propostionem damnatam: quae vana interpretatio ortum ducit ex prima, quam explicuimus capite praecedenti, causa. Nolunt, ut vidimus, has propostiones esse damnatas prout sunt in Auctoribus, sed ut latent; & ideo excogitant aliquam sententiam extraordinariam, in qua istas damnatas fuisse propugnant. Dicitur illae damnatas esse propostiones 26. & 27. hoc sensu, videlicet si quis restrictionibus pure mentalibus utatur ad quemcumque finem, sine ullo detectu, seu ob quamcumque necessitatem, vel utilitatem. Sic P. La-Croix Lib. III. part. 1. c. xi. dub. 4. §. 11. n. 204. *Cam propostio (inquit) 27. n. damnata dicat, Causa sufficientis utendi bis amphibologis, hoc ipso quod dicit bis amphibologis, sufficienter significat quod per amphibologias prohibitas intelligatur restrictiones illae purae mentales de quibus habebat propostio 26, immediate damnata; addique haec damnatio, non esse licitum illis uti ob quamcumque necessitatem, vel utilitatem.* His ultimis verbis Auctor iste indicat, nos non debere uti his amphibologis ob quamcumque necessitatem, vel utilitatem, nimirum live gravem, live levem; seu, clarioribus verbis, prohibitum esse illas restrictiones utipare, qualibet data occasione, & extra casum gravissimum, & extreme necessitatis. Et quamvis verba, quibus P. La-Croix suam exprimit interpretationem, sint subflosca; tamen huic esse eius germanum sensum, colligitur ex eius doctrina, qua statuit, causas graves efficere ut restrictio non sit pure mentalis, & contra, causas leves reddere amphibologiam pure mentalem. Hoc iam demonstratum est. Lege quae docet

V

ibid.

ibid. §. 7. n. 209. ubi ait: "Quando non  
 videtur valde graves causas ita restringendi, si  
 fiat restrictio . . . . erit pure mentalis."  
 Lege que scribit *lib. vi. n. 1687.* "Extra  
 hos autem similesque gravissimos casus foret  
 mendacium sic uti vocibus." Coniuncta qua  
 dixi cap. x. & cap. v.

VII. Hanc interpretationem, a P. La-Croix paucis, & subobscuris verbis traditam, apertius docent alii. Pluribus omnibus, describit interpretationem quam non ita pridem dedit Auctor Allegationis edita in defensionem Patris Cattanei ad verus sepius laudatum P. Orli. Ille autem ita scribit §. 27.  
 "Tropo mal si oppone chi pensa, essere  
 state generalmente dannate, come cole  
 scandole, tutte le locuzioni ambigue, gli  
 equivoci, le restrizioni, perchè tali cose si  
 nominano nelle proposizioni 26. 27. & 28.  
 della santa memoria d' Innocenzo XI. me-  
 ritamente proibite. Al qual pensiero sem-  
 bra in più luoghi aderire il P. Orli senza  
 riflettere, che posto ciò dovrebbe riputar  
 condannati anche i suoi equivoci di secon-  
 da specie, che non sono eccettuati per pri-  
 vilegio. Che però lo scandalo di quelle pro-  
 posizioni consiste nel dare tali cose per leciti,  
 te, come suoi disci, a tutto passo, cioè a  
 dire, per qualunque fine, a titolo di qua-  
 lunque utilità, ed anche in occasione che la  
 verità vien cercata con tutta giustizia, co-  
 me ogni uno può comprendere dal senso na-  
 turale ed ovvio delle stesse proposizioni, an-  
 cora senza grande studio su di que' Teolo-  
 gi, et che ne ha fatto esame diligentissimo, &  
 que sic latine verbo. Valde aberrat, qui  
 ex illis, generaliter damnatas fuisse, tam-  
 quam scandalosas, omnes locutiones ambi-  
 gas, equivocationes, restrictionesque, quo-  
 niam hæc nominantur in propositionibus 26.  
 27. 28. a sanctæ memoriæ Innocentio XI.  
 merito prohibitis. Huic sententiæ acce-  
 dere videtur P. Orli, qui recogitit, hoc  
 admisso, debere reputari damnatas etiam  
 suas equivocationes secundi generis, quæ  
 privilegio non sunt exceptæ. Quare scan-  
 dalum illarum propositionum eo perimit,  
 ut frequensissimum, & assiduum carendum  
 usum suadendum, nimirum ob quemlibet  
 nem, & cuiusque utilitatis titulo, atque  
 vel in ipse casu quo veritas esse queratur,  
 quemadmodum quisque ex natura, & ob-  
 iecti carendum propositionum scribo, colligere  
 potest. Nisi ad id opus est ut eos Theo-  
 logos consulas qui accuratissimo propo-  
 sitiones illas examini subiecerunt."

IX. Plura hic animadversione digna sunt.  
 Primum quod Auctores isti nolunt esse da-  
 mnatas propositiones, ut sunt in Auctoribus,  
 & quibus abstractæ fuerunt. Et ex hoc im-  
 potenti affectu erga Auctores illarum pro-  
 positionum prodierunt tot absurda commen-  
 ta. Quælo, non pigeat, quæ citatus Anony-  
 mus ex P. La-Croix, aliisque commentatur,  
 serio expendere.

X. Porro, ut quam exitialis sit illius in-  
 terpretatio, clare percipiatur, attendamus o-  
 portet quod reipsum Pontifex damnaverit in pra-  
 latis propositionibus. Certum est. Pontificem  
 damnasse restrictiones mentales in eisdem pro-  
 positionibus recentitas, tamquam mendacia,  
 & iuramentum illis additum, tamquam per-  
 iurium. Id evidentissime colligitur ex ipsa  
 propositione 26. in qua dicitur, quod utrens  
 restrictione mentali, revera non mentitur,  
 nec est periurus. Hæc assertio damnata est.  
 Ergo verissima est eius opposita, nempe, qui  
 utitur amphibologia pure mentali, revera  
 mentitur, & est periurus. Adeo id evidens  
 est, ut vel ipse P. Viva in commentariis  
 ad eadem propositiones illud adfirmet con-  
 ceptis verbis n. 1. *in utraque hæc thesi usus  
 restrictionis pure mentalis damnatur a Ponti-  
 ficæ, ita ut quocumque fine, & qualibet  
 causa illicite fiat, non secus ac mendacium  
 in quocumque casu illicitum est, immo decla-  
 ratum, hæc amphibologiam, seu restrictionem  
 pure mentalem esse revera mendacium, & iur-  
 amentum illi additum esse periurium. Idem  
 conceptis verbis docet P. Cardenas, diff. XIX.  
 c. XXI. n. 28. Ex censura Innocentii XI. lata  
 in eam propositionem 26. clare constat, esse  
 restrictiones mentales esse mendacium, ut pa-  
 teat ex illis verbis, Nec mentitur, neque est  
 periurus: quorum verborum assertio damnatur  
 ut scandalosa. Et consequenter propositio con-  
 tradictoria asserenda est Magistro Romano  
 Cathedæ, nempe quod qui utitur ea restric-  
 tione mentali, & sub ea iurat, mentitur,  
 & est periurus.*

XI. Ex hoc solo principio evidentissime  
 patet, auctorem Anonymum, defensorem P.  
 Cattanei, docere, mendacia quandoque esse  
 licita: quod ceteroquin ipse non concedit.  
 Nam ille docet, prohibitum dumtaxat esse  
 illum assiduum (a tutto passo) restric-  
 tionum, seu amphibologiarum damnata-  
 rum. Sed hæc amphibologie damnate sunt  
 ut mendacia. Ergo Auctor ille docet, da-  
 mnatum esse solummodo assiduum mendacio-  
 rum illum ob quemcumque finem, & utilita-  
 tem; licet illum carum, & urgente gravi-  
 ma

ma causa. Ergo docet aliquando mendacia li-  
 cita esse. Hæc illatio necessario sequitur ex il-  
 lius doctrina: & adeo evidens, ac manifesta  
 est, ut nulla proflus tergiversatione eludi  
 queat. En in quos se coniciant laqueos, ut  
 omnium suorum Auctorum errata defendant.  
 Et, quod satis mirari non possumus, est, P.  
 Anonymum allegatorem audere univerbo hu-  
 mano generi illudere, dum dicit, scandalum  
 dicituram propositionum in eo verti dumtaxat,  
 nimirum nel dar tali cose per lecite, come suoi  
 disci, a tutto passo, cioè a dire per qualunque  
 fine, a titolo di qualunque utilità. Hæc, ut di-  
 xit, interpretatio apertissime falsa est. Nam,  
 hæc est propositio damnata, in qua causæ ut-  
 rendi amphibologiam assignantur. Causa ut-  
 rendi his amphibologis est, quoties id necessarium  
 est, ut utile est ad salutem corporis, honorem, res  
 familiaris tue, &c. vel ad quemlibet alium  
 civitatis actum, ita ut veritatis occultatio cen-  
 setur tunc expedita, & studiosa. Causæ  
 itæ, scilicet conservatio corporalis salutis, de-  
 fensio honoris, rerumque familiarium, virtu-  
 tis exercitium &c. sunt in omnium estima-  
 tionis causæ gravissimæ. Quæ ergo forte di-  
 citur, damnatas fuisse hæc restrictiones ob quem-  
 cumque finem, & quamcumque utilitatem,  
 si in ipsa propositione causæ tantum graves,  
 & gravissimæ recententur? Nam P. Sancti  
 (causæ est illa propositio) approbavit illum  
 restrictionum ob leves, seu qualescumque causas?  
 Ullum quoque quotidianum (a tutto passo)  
 in familiaribus sermonibus cum eodem P. San-  
 chæ damnatur omnes Auctores restrictionum  
 mentalium, ut ex eorum lectione constare  
 potest. Dumtaxat ob causas graves,  
 quæ recentent P. Sanchez, licitas mentis restric-  
 tiones docuerunt. Hæc omnia manifesta sunt.  
 Quid plura? Si iuxta commanem Doctorum  
 lentiam, & obviæ propositionum sensum  
 Ecclesiæ declaravit, restrictiones mere mentales  
 esse mendacia, & tamquam mendacia pro-  
 scriptas; nunquid dici potest, veritatem quidem  
 esse uti mendacis continenter (a tutto passo) &  
 ob quemcumque finem, atque utilitatem; le-  
 ces in extremo eventu & ob graves causas?

XII. P. La-Croix, qui inter recentes causam  
 moralium Collectores non ultimam occupat  
 locum, quamquam sepius referat pro utra-  
 que parte dissidentes sententias, quin suum fe-  
 deris iudicium, sed lectorum arbitrio opinio-  
 num delectum relinquat (que scribendis me-  
 thodis iam aperit laxitati nimiam); in hæc  
 tamen materia sincere fatetur, multa limita-  
 tionem indigere que passim apud graves Aucto-  
 res reperiantur, non ex his qui ante, sed etiam

ex his qui post damnationem propositum scripserunt. Admonet caute inter ceteros legendum esse P. Cardenas, qui lato calamo interpretatur et præfatas propositiones. Lubet referre verba ipsius P. La-Croix ex *lib. III. par. 1. c. 11. dub. 4. §. 13. n. 295. Secundum autem dicta debent tunc post damnationem propositionum relatare limitari multa que passim inveniuntur apud graves Auctores, quos referunt Wilh. Sardaens ad proposit. 26. damnatum, Di-  
 ctili, supra Moys. Th. II. diff. 15. q. vi. qui ait &  
 Cardenas cap. vi. caute est legendus, quia que-  
 dam ponunt que merito limitari debent. Huic iudicio La-Croix subscribit; & addo plurimos recentiores, quos inter P. Viva in propositionum damnatarum commentariis, cautissime legendos esse. Item caute legendum admo-  
 ne P. Parisium Sporer, qui contra ipsum sincerumque monitum P. La-Croix lectoribus proponit P. Cardenas tantum magistram. En verba Sporer tract. 111. in Decalog. c. 1. sect. 3. rel. 1. n. 106. p. 216. Alios casus difficultiores in praxi lego apud famosum P. Io. de Cardenas Societatis Iesu in Crisi theologica Colon. impress. 1692. diff. XIX. c. vi. ubi satis liberalem, & dictas propositiones fuisse explicantem. P. La-Croix caute legendum Cardenas admo-  
 net; P. Sporer suscipiendum, ut magistram famolium, suadet. Illius in hæc materia laxitatem vocat liber-  
 ritatem, quam se legi quilibet loc. cit. n. 100. Nihilominus, inquit, ut re maxime practica, & Confessarius sic summe necessaria (salva reverentia sanctæ Sedis) andeo tibi quod audeo Io. de Cardenas in Crisi theolo-  
 gica, ubi diff. XIX. & alii moderni Doctores præfatas propo-  
 sitiones, prout acent, nimis laxas explicantes. Et, quod peius est, non solum Sporer colligit ea que scribit, & Cardenas, & alii, qui vi-  
 xerunt post Innocentium XI. led ex P. Sanchez, Lessio, Tamburino, & aliis, qui restrictiones damnatas docuerunt etiam dictum Pontificem. Nec tantum P. Sporer, sed etiam plurimi recentes eadem via incedunt, & istidem principis omnino utuntur ac utebantur Auctores ante Innocentium XI. Dicunt, se re-  
 lictas propositiones precipias, ut sonant, uti-  
 cent; verum reipsum eisdem docent, vocibus tan-  
 tum variatis. Quare plurimos recentiores, & eos maxime qui minoris, in conspectu maioris, probabilitati adherent, caute legendos esse, iterum suadeo in hæc materia, ut men-  
 dacia, & periuria videntur. Nam ex his que hucusque dicta sunt, evidenter constat, esse per-  
 tinere lententias plurimum recentiorum, ut nesciant non esse mendacia ea que mendacia anti-  
 qui vocabant, & que revera sunt; ut vel ex*

iplo Caramei sequenti capite dicemus. Id tamen innocentissime praesertur, quemadmodum sentire non convenit; sicut innocenter errant qui docuerunt restrictiones pure mentales.

C A P U T X V I .

P. Didacus de la Fuente Hurtado propugnat restrictiones PURE mentales esse licitas ex causa honesta, etiam postquam INNOCENTIUS XI. has restrictiones damnavit. P. Carolus Antonius Casnedi docet restrictiones PURE mentales non esse damnatas.

I. Neminem inter Probabilitates legere licuit qui tam aperte restrictiones pure mentales damnatas ab Ecclesia propugnet, ut P. Didacus de la Fuente Hurtado. Contra P. Carolus Antonius Casnedi non defendit restrictiones pure mentales ut licitas, sed aliud paradoxon docet, nempe non esse ab Ecclesia damnatas. Ne contra peritii importuna clamitent Probabilitarum aliqui, nos minus innoceus esse in recentibus iuniorum laxis opinionibus, verba Hurtadi, & Calneidi transcribo.

H. P. Didacus de la Fuente Hurtado in sua Theologia Reformata diss. xv. c. v. in ipso capitis titulo haec dicenda proponit. Qua ratione RESTRICTIO PURE MENTALIS adhibita ex causa idonea excusari possit a mendacio? Cui propositioni continuo respondet. » Rationem excusationis arguimus num. 26. » inde petitam quoad ex terminis vocabulis » ac mentalibus una oratio contineri potest in se vera; quamvis voces componentes ipsam false sint, siabque ullo addito, tam inretino, quam extero, & ad modum orationis » integre a loquente proferantur. » Nec veretur Auctor ille SS. Gregorium, & Th. in tanti erroris patricium allegare.

III. Post adductam S. Gregorii auctoritatem sic pergit n. 42. Unde sic a priori discepto. Sola falsa significatio verborum non sufficit ad mendacium absque intentione fallendi, ut ex recepta illius definitione patet. Sed in nostro casu loquens falsam verbi significationem non proferi cum intentione fallendi: nam si hoc faceret, proculdubio mentiretur: sed solum cum intentione proferendi quamdam sui conceptus partem, & occultandi aliam, quam absque praedictis manifestare non potest. Ergo revera non mentitur coram Deo, qui eius intentionem novit, est hominibus, qui illum ignorat, aliud videtur. Si haec vera sint, nemo in mundo mendax, illis exceptis qui, nulla urgente causi-

sa, mendacis sunt affecti. Quisque mentitur, ut veritatem, cuius manifestatio damnum parit, occultet. Loquens in hoc casu falsam non proferit significationem cum intentione fallendi? Cur falsam proferit significationem nisi ut audientem fallat? Intentio fallendi in mendacio non alia est nisi illa qua falsa verborum significatione occultatur interrogari veritas. Cedo: cur falsa verborum significatione utitur loquens? Ut interrogator nequeat veritatem assequi. Ergo eum fallit, decipitque loquens, qui hanc deceptionem postea dirigit ad veritatis occultationem. Quoties mendacii finis est occultatio veritatis, media falsa verborum significatione, qua deceptus interrogator nequit veritatem percipere; Explicat itam doctrinam P. Hurtado ibidem num. 43.

IV. Explicatur. Qui iusta necessitate cogitur dicit cum restrictione mentali se non fecisse quod fecit, non proferit ex verba cum intentione negandi factum secundum se, & absolute, nec cum intentione affirmandi se habere iuxta mentem iudicium absolute negatorum talis facti, aut persuadendi alteri se illud habere, sed solum cum intentione occultandi veritatem facti, negando ipsum, non utcumque, sed cum addito restringente, ac verificante negationis eius. Ergo revera non loquitur, prout opus est ad mendacium, cum intentione fallendi. Quippe vox illa, Non feci, quantum est de se precise, indifferens est ad negandum cum addito, & absque illo: nec mendax censori potest, nisi constat absque ullo addito profatum esse. Atqui id constat praesice ex prolatione illius: non alioquin ille qui fecit alia die id de quo loquitur, & proinde dicit veraciter. Non fecerit, veritatem suam, ac dicit, Non feci: neque alterius esset expectandum, ut quidquam aliud adiciat, quo sua verba restringatur, & ita verificetur. Deinde nec constat ex eo quod additum sit occultum: nam quod est occultum aliis, non est occultum loquenti: & id sufficit, ut ipse intendere possit loqui in ipso sensu, & non in alio. Ergo, siue restrictio verificans sit publica, seu PRORSUS OCCULTA, semper avertit intentio fallendi.

V. Te admonet, se loqui de restrictione proculdubio mentali. Quia licet sit propositio occultis audientibus, non est tamen occultis loquenti. Estne, mi Pater, aliquid mendacium occultum loquenti illud? Nec est quod opponas. Qui manifeste negat se fecisse id quod fecit, negatio verbalis non cadit supra id quod in mente retinet, sed praesice supra illud quod vocat, ac verbis exprimat. Sed hoc modo non exprimat, nisi factum absolute, non factum exter-

externum. Ergo factum absolute negat, quod est proculdubio falsum. Nam licet in mente addat vocabulum illud heri, illud non restringit orationem prolatam, cum non sit pars, modificatio, aut complementum eius. Si quidem illud heri substituit omnino intra mentem. Ergo nequit restringere orationem externam.

VI. Ad haec respondet his verbis n. 45. Suaeque ista; sed non plane persuadent... quia sacramenta etiam collocantur in genere signi sensibilibus: nihilominus ex verbis sensibilibus, & insensibilibus adaequate componuntur, ut Eucharestia ex speciebus visibilibus, & Christi corpore, quod nullo sensu ibidem potest percipi... Timotheus MISSA non est unum per meram aggregationem, ut lapides in acervo, sed totum quoddam artificiosae compositum... & tamen non solum constat ex vocibus intelligibilibus partibus, sed ex orationibus partim vocalibus, partim mentalibus, partim alia voce prolatiis, & partim DICTIS SECRETE.

VII. Inanitem ipse, si haec refellerem. Rescripsi, ut palam omnibus fiant quae mens humana excogitare valet ad eludenda manifestissima Ecclesiae oracula. Quae autem evidenter pateat, doctrinam illius Theologi damnatam ab Ecclesia esse, sub oculis revoca propositionem damnatam 36. Si quis vel solus, vel eorum alius, siue interrogatus, siue propria sponte siue recreationis causa, siue quocumque alio sine iuret se non fecisse aliquid quod revera fecit, intelligendo intra se aliquid aliud quod non fecit, vel aliam viam ab ea in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum, revera non mentitur, nec est perurus.

VIII. Quid ad haec P. de la Fuente Hurtado? Respondet c. VIII. n. 73. Scopus Pontificis non fuit damnare opinionem communi Doctorum calesco post diligens examen ab antiquo receptas, tanquam probabiles, seorsumque in praxi. Quid intelligit communi Doctorum calculo ab antiquo receptas? In nullo Auctore, nisi in P. Sanchez, adducta propositio damnata reperitur. Quero, an Pontifex damnant propositiones quas docuerunt Theologi Europaei, aut Theologi Iaponenses, Sinenfes, Persae, Aegyptii. Etiam Ianfenista clamitant, non damnate Ecclesiam propositiones quas docuit Ianfenius. Et tamen vi ratiocinii, & critices severae non minus evidens est in P. Sanchez & ceteris Caluistis reperiri propositiones damnatas ab Alexandro VII. & Innocentio XI. ac reperiantur quinque propositiones damnatae ab Innocentio X. in Ianfenio: Inaniem ergo porrigit P. de la Fuente

Hurtado Ianfenistis imitandi ipsum in eludendis pontificis decretis.

IX. Ut patens iam expeditam, P. de la Fuente non modo docet licita mendacia (restrictiones enim pure mentales, ipso P. Viva indice, sunt putata mendacia) sed has restrictiones pure mentales aperte aliter doceri a S. Augusti. a S. Th. a S. Greg. Legit eum loc. cit. c. vi. n. 57. pag. 306. Defensores mendaciorum docebant, eadem licita esse ad tuendam vitam, pudicitiam, ad evitanda alterius mortem; P. de la Fuente Hurtado docet diss. xvii. c. II. n. 11. satis esse necessarium similem etiam quod sufficit, & desideratur ad iurandum honeste, & abique peccato veritatem exploratam. Quae ergo causa sufficit ad iurandum, latet ad mentendum. Si plura cupis, lege ipsum, & petra invenies. X. P. Carolus Antonius Calneidi Tom. V. diss. ex sec. 4. quartus, Num PURA restrictio fit ab Innocentio XI. damnata? Respondet vero n. 79. his verbis. » Celebris inter alios modos non mentendi, simulque non dicendi verum, est PURA restrictio, negando absolute per verba, simulque limitando per mentis additum ipsam vocalem negationem. Stetere pro licito restrictionis PURE usu oculos revoca propositioem logi, inter quos P. Suarez, P. Sanchez, P. Ledius, P. Diehill, P. Moya, P. Raynaudus. » Post pauca haec adiecit n. 80. & seqq.

XI. » Opera pretium est modo ostendere quod haec Doctorum de PURA mentis restrictione sententia non coincidat cum 26. damnata. Nam de eius licentia, aut non licentia §. sequenti. Dico igitur hanc de PURA mentis restrictione sententiam non esse ab Innocentio XI. damnatam. Ita expresse P. de la FUENTE, qui solide probat non esse damnatam, quin insuper vult adhuc hodie licitam, quoties inflat gravis necessitas; quam tamen secundam partem ego non approbo... Ostendo igitur conclusionem primo. Quia Papa damnat de perurio, & mendacio restrictionem limitatam clausulis in 26. damnata adhaerens. Sed nemo Doctorum, quos citavi, & citare possum, si attente legantur, & multo minus ego admitto restrictionem adhaerens clausulis in 26. contentis. Ergo nec ego, nec illi, admitto damnatam. Ergo opinio de PURA restrictione, libera ab omnibus circumstantiis in 26. damnata adhaerens, non est damnata... Ostendo secundo. Quia aequali iure dici potest damna-

ta restrictio non pura, seu sensibilis, ac dicitur damnata *PURARESTRICITIO*. *Misero sane* (concludit n. 91.) *famosiorum conditio Doctorem*, si vel transcriptis ex alio non lectis in fonte, vel lectis, non tamen intellectis, iisdem a superficialibus lectoribus assulantur opiniones quas non tantum non docent, sed detestantur.

XII. Hæc rescribere volui, ut Iansenii ora obliterem. Clamant illi, in P. Th. Sanchez ambis damnatas propositiones 26, & 27, videndum reperiri quam quinque propositiones damnate reperiantur in Iansenio. Et, si auctoritas Ecclesie (que tamen cuique rationis momento prævalet) se iungat, & sola ratiocinii humani cruce factum decidat, certum est citatas duas propositiones omnibus clausulis, nec una dempta, veritas reperiri in P. Th. Sanchez luculentius quam quinque reperiantur in Iansenio. In utroque re ipsa extant. In Iansenio quinque reperiri, declaravit Ecclesia. Quod in Sanchez reperiantur amba duæ damnatae, ut iacent, designant oculi. Neque in P. Sanchez quidem præcedit, aut sequitur, quod erroneum, & laxitatem propositionum temperet. Sciunt ergo Iansenitæ, hallucinationem esse P. Calnedi, & P. de la Fuente, qui negare parati sunt lucere in meridie Solem. Quare fatemur nos, Ecclesiam damnasse propositiones quæ decepta fuerunt ex libris Calniatarum, non illas quas nemo docuit. Dicit P. Carolus Antonius Calnedi, nos esse *lectores superficiales*. Esto. Sint Auctores propositionum damnatarum *famosiores Doctores*. Hæc omnia P. Calnedi donamus. Interim dico, hoc eius prædicum studium scandalum maximum & Iansenitæ potissimum, & ceteris omnibus ingerere. Abrumpere scriptioem volui, ut post vires centum adhuc alia vice P. Sanchez legerem. Et factum reperiri, licet alias, evidentiissimum. Quare impenit lectoribus P. Calnedi, & fide publica evident abutitur, dum negat in P. Sanchez damnatas reperiri ambis propositiones. Invenit P. Calnedi vel unum alium Auctorem, qui laudatas propositiones clarior, & prius quam P. Th. Sanchez docerit. Nec unum invenit. Confictas ergo propositiones damnavit Ecclesia. Nam istorum Probabilissimum iudicio non reperitur in Auctoribus, unde dicitur excerptæ. Nullibi ergo sunt.

XIII. En, lector christiane, nostrorum temporum calamitas. Laxe & scandalis plenæ ducuntur propositiones. Si ab Ecclesia non damnantur, Probabilitate clamant: Non est

proscripta opinio: Auctores *famosiores* illant docent: ergo probabilis. Si Ecclesia illam damnat, vocem extollunt: Quia, Ecclesia non damnat propositiones quas *famosiores Doctores* propugnant. Incredibilia hæc videntur. A rea facti est manifesta. Heic conlequatur, fideles plures doctrinis ab Ecclesia proscriptis digni. Quoniam licet P. Calnedi unum non defendat restrictionis *pure mentalis* hunc ramentulum defendit P. de la Fuente ut licitum: atque adeo licita mendacia, licita peruisa propugnantur, sola verborum circumscriptione adfecta, qua dicitur, mendacia non esse mendacia, peritium non esse peritium. Etiam in propositione P. Sanchez dicitur, non mentiri, non peierare eum qui mentali restrictione utitur. At Pontifex, damnando eam propositionem, declaravit in eadem mendacium, & peritium reperiri. Quibus commentis glaudunt has duas propositiones, iisdem obiculant, & in nihilum redigunt alias, ut doctrinam semel defensam immune afferant ab omnibus defensus. Plura dicenda forent, quæ prætereo. Te dumtaxat admoone ut ab eisdem Auctoribus tibi caveas.

## CAPUT XVII.

*Quæ vera nobis videtur, sententia proponitur. Licita est amphibolia que aut vi verborum, aut vi circumstantiarum duplicem patitur sensum, utrumque ab audiente intelligibilem. Non omnes veritates possunt semper amphibolis occultari. Error recentiorum plurimum hac de re manifestatur. Variæ regulæ pro plena questionis intelligentia, & pro praxi assignantur.*

I. Facillimum fuit aliorum opiniones resellere; sed difficillimum est limites definire certos, intra quos amphibolia cohibeat. Omnes improbare amphibolias, omnesque adprobare, æque ferme periculosum est. Hic ergo labor, hoc opus est, ut extrema vitentur tum mendacii, tum violationis fidei datæ, & ut amphibolia externa a restrictionibus mere mentalibus secerantur. Inter innumeros Auctores qui hoc de argumento scriperunt, paucissimi sunt qui rem accuratè attigerint. Nam defensores restrictionum mentalium, Sanchez, Sancius, Tamburinus, Lessius, & etiam defensores plurimi restrictionum quas non pure mentales vocant, eas licitas in omnibus fere vitæ civilis actionibus, in quibus aliqua causa occultanda veritatis occurrat, propugnant, ut cuiuslibet eos-

dem legenti patebit. Alii extrema opposita verborum: omnes siquidem usum amphibolarum damnant: inter æquivoca verba, seu æquivocam locutionem, & restrictionem mentis, sine internam, five externam, nihil distinguunt; sed omnia in unum permittunt; & confusionem maximam lectoribus pariunt. Utrique nos sententia extrema devitabimus. Atque ut sententia quam reputamus veram, viam sternamus, quæ penes omnes certa sunt, præmittimus oportet.

II. Primo extra controversiam est restrictionis mentis quæ & absolute, & circumstantiis suspectis, intra mentem sicut, nullo modo ab audiente percipi queunt, fuisse ab Ecclesia proscriptas tamquam mendacia. Et licet quidam scribant, esse prohibendum usum earumdem dumtaxat a *tuto passio*, idest confutum, id tamen ceu falsum omnino, & proscriptum reprobamus.

III. Secundo certum est aliquam locutionem esse falsam secundum fidei, veramque fieri ex circumstantiis interrogationis. Puta, si Confessarius roget Titium conscientem peccata sua, an fornicationem, furum, aliaque peccata perpetraverit; & ille respondeat te nequaquam illa peccata commississe, vera responso est, licet aliquando illa commiserit, & confessus eadem fuerit. Quia ex circumstantia confessionis externæ, & realis, in qua sola peccata commissa, & nondum confessanda panduntur, intra communem intelligentiam interrogatio est de his solis peccatis. Quare Titius respondens te eadem peccata non commississe post ultimam confessionem, ad mentem respondeat Confessarii. Similiter, si Petrus interrogatus a servo, sollicite per vicos & plateas dominum suum requirente, an illum viderit, respondeat, se non vidisse; quamvis heri, alioque tempore milites viderit, vera est responsio: quia ex circumstantia externa sollicite, & anxie inquisitionis patet eius interrogationem esse de vilione sui domini hic, & nunc, ita ut ex responsione deprehendere queat ubi nunc reperitur. Et si Petrus responderet famulo, se heri vidisse dominum illum, famulus sibi illud existimaret. Hæc autem vera sunt iuxta communem omnium intelligentiam, & ac proinde licita. Porro in hoc errant recentiores plurimi, quod ex his peculiaribus casibus inferunt regulam universalem, ut iam iam explicabimus.

IV. Amphibologia locutioe est que varios patitur sensus, quamque qui loquitur, aliter intelligit ac intelligendam prospiciat ab illo qui audit; ea tamen intelligi ab eodem

potest; vel certe valet alter advertere esse ambiguum orationem; adeoque alius interrogationibus urgere potest respondentem ad providendam veritatem. V. g. quando Abraham dixit, Saram forem esse suam: si Pharaos advertisset ad illud verbum *for*, intellexisset esse verbum æquivocum, aliaque esse sores ex patre, alias ex fratre, vel nepote; & hæc via incidere potuisset ad cogendum Abraham ut veritatem manifestaret, si manifestabilis fuisset abique peccato.

V. Tandem certum est nunquam licitum esse uti amphibolia sine iusta causa (id omnes fatentur) quando loquens utitur oratione amphibologica in sensu quem non percipiendum confidit ab audiente. Si enim utatur amphibolia in eo sensu quem credit, & prospicit intelligendum ab audiente; tunc non est proprie amphibolia, quia qui ad mentem, & iuxta intentionem interrogantis loquitur, & respondeat, candidè, & sincere loquitur, nullaque esse de peccato suspicio potest. His præmissis, quæ nobis videtur vera sententia, proponitur.

VI. *Licitum est locutione amphibologica, seu æquivocatione, que aut vi verborum, aut ratione circumstantiarum, iuxta communem intelligentiam, plures excipit sensus intelligibiles ab audiente, veritatem occultari; sed non semper hæc amphibolia occurrit, neque semper sufficit ad occultandam veritatem, potissimum dum interrogans urget ut sine æquivocatione loquamur: propterea alia via occultanda sunt secreta que absque peccato revelari nequeunt.*

VII. Hæc nostra sententia duplici constat membro. Primum nihil peculiare continet, nec video ad aliquo negari posse. Constat enim & exemplis allatis, & pluribus ex ipsa Scriptura adducendis, licitam esse illam æquivocationem que sensus plures patitur, ab audiente aut vi verborum, aut circumstantiarum ratione intelligibiles: quia iuxta talis locutio habet hos varios sensus, ipsa communem hominum intelligentiam; quamquam non semper quilibet audiens advertat ad sensum quem loquens intendit: quod contingit ex eisdem audientis occultantia, ut hebetudine. Quando autem vel crimen, vel secretum, vel quodpiam aliud factum, occultandum ex iustitia, aut caritate, excipiat locutionem amphibologicam, seu verba æquivoca, non potest a nobis definiri, neque certa regula præscribi. Sed quilibet in praxi consulere suam conscientiam debet, ad veritatis regulæ respiciendo. Ita docet Sors Lib. de regem. sec. memb. 111. q. 111. concl. 7. *Interim tamquam*

se percontetur quis, quibus amphibologis poterit se miser tueri, non possunt illa sigillatim colligere; sed pro sua quisque peritia, & prudentia illas poterit excogitare.

VIII. Secundum sententia nostrae membrum punctum precipuum, ac quasi dixerim, unicum presentis conditionis spectat, atque declarat. Illud advertebat communi doctrinae recentiorum, qui, ut diximus supra, quia copulare volunt semper & custodiam ligilli, & conservationem vitae, volunt quoque semper,

& pro quacumque veritatis alicuius momenti occultatione, adesse amphibolicas locutiones, quibus veritas occultetur. Neque enim ipsi ex natura ipsius peculiaris facti, quod respiciat equivocationem suscipiunt, inferunt licite adhiberi posse amphiboliam exteriori; sed absolute statunt, quod cumque factum, seu crimen, & quamcumque veritatem non manifestabilem admittit equivocationes externas, hoc ipso quod veritas non debeat manifestari, & communicari. Nos contra dicimus, aliqua facta sua natura admittit equivocationem, seu verba duplicis potestatis, aut sub talibus circumstantiis interrogationes aliquando fieri quae plures sensus habere possunt: & tunc affirmamus licitum esse, iuxta urgente causa, occultare veritatem beneficio locutionis amphibologicae, ab audiente, si advertat, intelligibilis. Exemplum rem manifestabant. Abraham amphibolia occultare potuit licite matrimonium: quia revera Sara Soror illius non ex matre, sed ex patre erat, quae consanguinitas apud Hebraeos sufficiebat ad fororis veram appellationem. Quod si tali consanguinitatis vinculo iuncti non fuissent, minime tali amphibolia celare matrimonium potuisset. Christus dixit: Ego autem non ascendam ad diem festum istum: quia revera erant plures dies festi, & primus celebrior erat atque solemnior, ad quem invitabatur Christus: qui sincere respondit ad illum solemnem festivitatem se non ascendere, quia nondum tempus fuerat advenire; tacuit vero suum ascensum occultum post alios dies faciendum, quando tempus suum implem iam esset. Dum Sacerdos qui simul est Confessor, interrogatur, an insitit homicidium, aut aliud delictum perpetratum; sincere & vera respondet se illud ignorare, quavis illud in confessione audierit; quia iuxta commumem intelligentiam omnium Christianorum non interrogatur ad Confessor, sed ut ceteri homines. Haec omnia paucioribus verbis explicat P. Dominicus Soto, qui, ut mea praesertim opinio, praeter omnibus Theologicis controversiam hanc feliciter resolvit, &

ad Ecclesiae mentem proximam sua doctrina hac in materia accessit. Inquit ergo de resp. sec. memb. 111. q. 111. concl. 7. Si verba non recurrunt, quibus per equivocationem, usque hominum receptam, citra mendaciam celari possit crimen; nisi debet, antequam mentiarum... Dicitur Sanctiorum eo tendunt, ut prohibeant responsa pro verba quae nullam possunt facere verum sensum, secundum significationem usque receptam: quippe quia non possunt a mendacio ulla ratione excusari.

IX. Clarius explicatur discrimen quod nostrum inter & recentiorum opinionem intercedit. Recentiores, ut vidimus, non ex facti natura, neque ex circumstantiis revera extrinsecus advenientibus, quae veritatem ipsam, ut sic dicam afficiant, sed ex causis, seu damno quod manifestationem veritatis consequitur, inferunt, restrictiones non esse pure mentales. Exemplum rem manifestabant. Uxor ad ultra vitam amittit, si adulterium marito, pugione districto illam impertenti, faretur. Dicunt ipsi, mulierem adulteram uti posse amphibolia, aut duplici scientia communicabili, & incommunicabili, aut verbis nihil significantibus, ut mortem evadat. Nostra sententia cum D. Augustino oppositum asserit. Causae enim quae obligant ad celandum veritatem, omnino disparatae sunt ab ipsa locutione; adeoque perperam adducuntur, tantquam circumstantiae externae, vel quarum sensus in mente retentus fiat exterior. Si hoc namque verum esset, nullae forent restrictiones pure mentales; quoniam Auctores illarum nonnulli ob graves causas illas propugnabant; & tamen nemo illorum dixit, quod causae istae constituant illas restrictiones exteriores. Hoc inventum excogitarunt Scriptores (quod magno pere advertendum est) post propositiones damnatas. Ut enim declinantur pontificias censuras, restrictiones mere mentales non mere mentales, sed exteriores appellare coeperunt. Et si ab illis quae, cur appellantur exteriores, respondent, quia hic & nunc manifestatio veritatis inferi grave damnum, violat vel iustitiam, vel caritatem. Facile autem illis est hanc, ceteroquin fallam, doctrinam sententiam adnotavimus, revera dantur aliquae restrictiones externae, non ob causas occultandi veritatem; sed quae ipsam afficiunt locutionem, & factum quod sub locutione cadit: ut patet in Confessario, cuius personalis dignitas circumstantia vere externa est, quae determinat locutionem; & in responsione Abrahami, & Christi Domini non ascendentes ad

sole-

solemnitatem primi diei. Et haec est ferè unica occasio errandi recentioribus, qui ex uno calu. peculiari, puta Confessario, cui similis non datur, inferunt regulam universalem, qua statuunt, omnes veritates summi momenti, & omnino secreta occultanda esse amphibologicis sermone, nulla facta consideratione, utrum factum, seu crimen occultandum excipiat nec ne sermone amphibologicum, suspeditate vocabula aequivoa; ut in matrimonio occultandum suspeditavit Abrahamo verbum aequivoa sonans. Sed imo considerant consuetudina mala quae manifestatio veritatis parit; & ex hoc principio inferunt, restrictiones non esse pure mentales. Quod eisdem recedit a facti dicentem, in gravi, vel extrema necessitate mendacia non esse mendacia, restrictiones pure mentales non esse pure mentales. Quemadmodum siquidem antiqui defensores mendaciorum excusabant locutionem Raab negantis reperiri hospitem in domo sua, & filii negantis patrem extare domi, & adultera negantis adulterium se commisisse, ob mortem vitandam; sic isti eandem omnino locutionem alibique exteriori addito excusant: cum hoc tamen dicerent, quod antiqui in mendaciorum defensione sinceri erant, mendacia appellantes mendacia, sed venia digna, quia ob necessitatem prolata; isti vero volunt, necessitatem effitere ut illa locutione non esse mendacia, sed amphibolia externa, eo quod interdum revera dantur locutiones amphibologicae, ut exemplis productis constat.

Plaacet quae dicta sunt confirmare auctoritate celeberrimi Caramelisi, qui Theol. fund. Tom. II. n. 805. p. mihi 182. Est mihi, inquit, imata auctore contra restrictiones mentales. Si enim continentur intra terminos pietatis, & sinceritatis, necessaria non sunt. Nam omnia quae ipsa praestare possunt, praestabunt configurantes circumstantia. Quod si tales dicantur, ut etiam ibi admittenda sint, ubi desunt circumstantiae significantes (ignoscant mihi caramelem auctores, & propugnatores) tollunt hunc modum scitatem, & securitatem, & tantquam possibiles damnanda sunt. Quoniam semel admisse aperiunt omni mendacio, omni perjurio viam. Et tota differentia in eorum, ut quod heri vocabatur mendacium, naturam, & malitiam non mutat, sed nomen, ita ut hodie tubatur, Restrictio mentalis nominari; quod est virus condire saccharo, & seclus specie virtutis colorare. Adeo haec perniciosa sunt, adeo luculenta, ut nulla cavillatione implicari valeant. Caramel ipse, qui in laxanda evangelica, & naturali lege palmam ceteris praepituit, haud

potuit tam manifeste veritati oculos claudere. Quae olim mendacia, post restrictiones pure mentales; & quae olim restrictiones pure mentales, iam restrictiones externae appellatur.

X. Ex iis quae diximus, variae pro praxi eliciuntur regulae. Prima est. Si factum quod sub sermone cadit, non admittit inapte natura verba aequivoa, quae iuxta communem intelligentiam varios excipiant sensus, absolute ab audiente intelligibiles; nullo modo licitum est respondententi ex necessitate occultandi veritatis uti his locutionibus, Nescio illud factum, ut manifestabile; Non feci, subintelligendo, ut tibi illud revelem; vel Nescio illud, subintelligendo scientia communicabili; non habeo pecunias, subintelligendo ad tibi dandas. Haec omnes locutiones, quas universaliter adhibendas statuunt Probabilitate ad occultandum veritatem, quae revelata grave incommodum pareret, sunt absolute restrictiones pure mentales ab Ecclesia damnatae, seu sunt pura potestate mendacia.

XI. Secunda regula. Aliquod factum supra quod cadit interrogatio, admittit locutionem amphibolicam, vel quia persona respondentis gerit minus duplicis personae, ut Confessarius, Secretarius Principis &c. de quibus infra, quae sunt circumstantiae revera facti subministrat respondentis verbum aequivoa; & tunc licita est, gravi causa impellente, amphibolia.

XII. Tertia regula. Locutiones amphibologicae, licet interdum latis sint ad occultandum aliquam veritatem interrogatoribus obtulis, aut iis quorum parum refert esse scire; tamen tamen inepta sunt ad occultandum veritatem magno momenti interrogatoribus varis & verisipellis, qui equivocationem deprehendere valent, atque respondentem ad incitas redigere, ut praecise respondeat. Quid ergo tunc agendum? Infra declarabo.

XIII. Quarta regula. Quando laxat interrogator aequivoa, seu amphibologicam respondentem deprehendit, urgetque respondentem ut praecise, & candidè respondeat, ut omittat amphibolias, & restrictiones omnes, non potest respondens uti amphibolia flexiva usque in infinitum, ut docent recentiores plurimi; sed debet repellere in nihilum interrogatorem modo infra explicando.

XIV. Quinta regula. Ex praecedenti regula clarissime constat, recentiores praefatos restrictiones pure mentales, & consequenter mendacia docere. Tantum siquidem abest ut locutio amphibologica externa sit, quin ita inter-

terna est, ut audiens nullo excogitabili modo possit vi talis locutionis deprehendere sententiam loquentis. Hic enim ita restringit, & claudit intra mentem sensum suum, ut iurer se nulla uti equivocatione; quemadmodum docent communiter recentes Probabilistae cum Sanchez Lib. III. cap. vi. n. 45.

XV. *Sexta regula.* Quando quis utitur amphibolia in sensu quem confidit non percipitur ita ab audiente, quem tamen percipere, si adverteret, non intendit illius deceptionem, sed occultationem veritatis, quam custodire tenetur, deceptionem vero audientis solum permittit.

XVI. *Septima regula.* Ut omnes causas necessarias ad licitum usum amphiboliarum externarum perfectas habeas, eas ad quatuor capita redactas ad oculos pono. Prima, quod iusta, & gravissima causa urgeat. Secunda, quod respondens non teneatur esse iustitia, aut religione, aut obedientia veritatem nudo patefacere; sed ius habeat illam celandi. Tertia, quod veritatis occultatio ita profiti loquenti, ut nulli noceat. Quarta, quod verba vi sua, aut vi circumstantiarum referant sententiam loquentis, intelligibilem ab audiente, si advertere velit.

XVII. *Octava regula.* Ex huiusque dictis patet non esse questionem de nomine, dum rationes impugnantur quibus recentes defenduntur amphibolias locutiones. Nam, si admittatur, verba privati significati ex Receptorum consensu; aut licitum esse usum notitiae communicabilis, & incommunicabilis, qualibet gravi urgente causa, respectu omnium personarum, & factorum; iam statuatur regula generalis, ob grave malum vitandum semper licitum esse veritatem celare media amphibolia, sive res que narratur, aut occultatur, excipiat, sive non excipiat equivocationem. Quod eodem modo ac si dicatur mendacia licita esse, causa gravi urgente. Hoc vero assero ab Ecclesia damnatum fuisse. Igitur tibi tantum amphibolias admittere ubi verita aut circumstantia vere externa personae, aut factum ipsum verbaquivoca subministrat, ipsamque locutionem ingrediatur; & amphibolia insuper talis sit, ut valeat ab acuto auditore deprehendi. Hoc autem non ita frequenter occurrit. Id solum propter de nomine est, dum restrictiones mentis, quas plures etiam post Innocentium XI. defendunt, debeant aut mendacia, aut mentales restrictiones appellari. Nam restrictiones mentis ob gravissimas causas vite, honoris, rerum familiarium servandarum, ut menda-

cia, damnavit Pontifex summus. Videant ergo quomodo censuram pontificiam evadere queant illi qui scribunt, restrictiones mentis esse prohibitas in quotidiano usu (a tractu passio), non ob graves causas.

XVIII. *Nona regula.* Quoniam haec questio pluribus circumstantiis est subiecta, non potest statui regula generalis, & praecisa, quae omnibus casibus valeat accommodari. Nos certe conati sumus & sententiam recentiorum fero in lumine collocare, & questionis statum exponere, & regulas, quoad fieri potuit, praecisas praescribere. Nihilominus adhuc multa declaranda supersunt, quae sigillatim explicabimus dissertatione sequenti, in qua plurimos casus resolvemus ad hanc materiam attinentes.

### CAPUT XVIII.

Sacra Scriptura textus quos antiqui pro mendaciis, & recentis pro defendendis mentis restrictionibus opponunt, exponuntur.

**O**MNES Scripturae textus quos antiqui in mendaciorum favorem producebant, asserunt quoque recentiores, ut mentales propugnent restrictiones. Qui cripiunt ante Innocentium XI. eodem omnino textu pro restrictionibus pure mentalibus allegabant quos nunc pro restrictionibus non pure mentalibus laudant potissimi Scriptores; quod satis esse deberet ad demonstrandum, ex praefatis textibus nihil neque in mendaciorum, neque in restrictionum mentalium favorem esse posse. Plurimos Scripturae textus refert Carnaeus in Libro qui inscribitur *Hypotheses*. Eos tantum nos recensimus quibus negotium facessere possunt.

II. Obicitur itaque I. Abraham Gen. XII. & xx. vocavit Saram forem suam: *Soror mea est*: quae tamen erat illius uxor. II. Item Abraham cum ad montem pergeret, ut immolaret, sicut mandatum acceperat a Deo, filium suum Isaac, dixit ad pueros suos Gen. XXI. *Expectate hic cum asino*; ego, & puer illuc usque properantes, postquam adoraverimus, revertentur ad vos. III. Mentiris quoque videtur Iacob, cum de Elau simulavit, ut patrem alioquetur benedictionem Gen. XXVII. *Ego sum primogenitus tuus Esau*. IV. Mentitur ita obstrictae Aegyptiae, dum Pharaoni conseruit, quod Hebraeorum mares, ut ipse iulserat, non interfecerint, respondendo: *Non sunt Hebraei, sicut Aegyptiae mulieres: ipsae enim obstrictae: habent sententiam, & priusquam veniamus ad eas, parintur*. Bene ergo fecit Deus obstricticibus... & quia

timuerunt obstrictae Deum, edificavit eis domos. Exod. I. V. Mentiris videtur Angelus Tobiam alloquens his verbis: *Ego sum Azarias, Azaria magis filius*. Tob. v.

III. Antequam ad singula respondeamus, cum D. Augustino advertimus, plurima in sacra Scriptura haberi quae mendacia absolute videntur, attamen ut inquit Augustinus, mendacia non sunt, sed mysteria; aut, si attendantur, imitanda minime sunt. En verba D. Augustini Lib. cont. mend. c. xv. adversus Priscilianitas. *Ad te sicut pertinet, sectam detestabilem cum recessis, sic accipienda monstrare ista testimonium Scripturarum, ut vel doceas non esse quae putantur mendacia, si eo modo intelligenda sunt: vel imitanda non esse, quae mansuetum est esse mendacia... Ad ostendenda ergo, quae putantur in Scripturis esse mendacia, non ea esse quae putantur, si recte intelligantur, non tibi parum adversus istos valere videatur quod non de apostolicis, sed de propheticis litteris invenimus velut exempla mentientium. Illa enim quae nominatim commemorantur, tibi sit unusquisque mentis, in iis libris legitur in quibus non solum dicitur, verum etiam facta multa signata conscripta sunt, quia signata gesta sunt. Haec Augustini doctrina laetis est ad solvendas omnes difficultates quae ex S. Scriptura opponi solent. Nihilominus tamen in maiorem veritatis confirmationem ad singula responsum dabimus.*

IV. Resp. Ad primum respondet D. Augustinus Lib. cont. mend. cap. x. his verbis. *Qui asserunt, aliquando esse mentientium, non convenienter commemorant Abraham hoc fecisse de Sara, quam forem suam dixit. Non enim dixit, Non est uxor mea; sed dixit, Soror mea est: quod erat verum tam propinqua genere, ut soror non mendaciter diceretur. Quod & postea sibi ab illo qui adoraverat, et rediit confirmavit, respondens illi, & dicens: Erit cognatus tuus, non de matre, non de materno genere, non de materno. Aliquid vero veritate, non falsi aliquid dixit, quando vocavit uxorem, dixit forem. Hoc & filius eius fecit Isaac. Nam & ipsum novimus propinquam suam conivgem fuisse sortitum. Non est ergo mendacium, quum sciendo absconditur verum, sed quum loquendo promittitur falsum.*

V. Ad secundum respondet idem Augustinus, nequaquam Abraham mentitum fuisse, sed prophetae: certissime namque speravit Deum, qui paulo ante illi dixerat, In Isaac vocabitur tibi semen, eundem Isaac mortuum suscitaturum, ut ipse D. Paulus declarat ad Heb. xi. Fide obdormit Abraham Isaac, cum

tenetur, & unigenitum esse voluit, qui susceperat promissiones: ad quem dictum est: *Quia in Isaac vocabitur tibi semen*: arbitrans quia & a mortuis suscitans potens est Deus; Quam interpretationem declarat Augustinus L. VI. de Civ. Dei c. xxxii. *Non dubitavit quod sibi reddi poterat immolatus qui dari potuit non speravit.*

VI. Ad tertium idem Augustinus respondet Lib. cont. mend. cap. x. Iacob, quod matre fecit auctore, ut parvem fallere videretur, si diligenter, & fideliter attendatur, non est mendacium, sed mysterium; quae si mendacia dixerimus, omnes etiam parabolas, ac figure significandam quarumcumque verum, quae non ad proprietatem accipienda sunt, sed in eis aliud esse intellegendum, dicentur esse mendacia: quod absit omnino. Nam qui hoc putat, tropicis etiam tam multis locutionibus potest hanc importare calumniam; ita ut haec ipsa quae appellatur metaphoram, hoc est de re propria ad rem non propriam, vel ab alio iurata para translatio, possit ista ratione mendacium nunciari. Cum enim dicitur fluctare segestes, gemmare vitales, floridam invententem, neminem canitium; proculdubio fluctus, gemmas, flores, neminem, quia in his rebus non invenimus in quas haec verba aliunde transmissimus, ab istis mendacia putabuntur... Si autem non est mendacium, quando ad intelligentiam veritatis aliud ex alio significatio referuntur; profecto non solum id quod fecit, aut dixit Iacob patri, ut benediceretur, sed neque illud quod Ioseph voluit illudens locutus est fratribus, nec quod David simulavit in suamiam, nec vetera insinuat, mendacia substantia sunt; sed locutiones, actionesque propheticas, ad ea quae vera sunt, intelligenda referenda, quae proprie figurate velut amicitibus obteguntur, in sensum pie quae veritas exereant, & non nuda, ac prompta viderentur. Item Lib. de Civ. Dei. XVI. cap. xxxvii. *Quis est in ista benedictione percipiendus dolus hominis sine dolo? Qui est dolus simplicis, quae fictio non mentientis, nisi profundum mysterium veritatis? Multi tum ex antiquis, tum ex recentibus Scripturis docent, Iacob fuisse mentitum; sed simul docent, qui catholici sunt, mendacium illud non esse imitandum.*

VII. Ad quartum respondet Augustinus Lib. cont. mend. cap. xv. *Sed quod serpens esse bene Deum fecisse cum Aegyptiis obstricticibus, & Raab Hierichonitina meretricis, non ideo factum est, quia mentite sunt, sed quia in homines Dei misericordes fuerunt. Non est itaque in eis remunerata fallacia, sed benedictio*

leqnia; benignitas mentis, non iniquitas mentis.

VIII. Ad quintum respondeo, Angelum Raphaelem hominis personam representasse, & humano more locutum fuisse: neque enim Tobias, eum alloquens, Angelum, sed hominem reputabat. Ignorans quod Angelus Dei esset, salutavit eum. Tob. v. ver. 6. Consequenter Raphael Tobiae leniori interroganti: Indica mihi de qua domo, aut de qua tribu es tu; respondit: Ego sum Azarias Ananiae magistri filius. Quoniam, sicut personam preterebat humanam, ita quoque & stirpem Israeliticam, & genus paternum esse illustri prophetia magni Azariae absque mandato referebat. Ananiae autem postquam aliteris filium se dixit, quia Ananiae hebraice est, ut inquit Sanctus, Agnitus, donum, & miseratio, & glorificatio Dei. Porro omnes Angeli filii filii Dei. Ideo more humano loquens patrem allegavit, qui simul & Tobiae innotesceret, & caelestem suam originem clauderet. Quare eius locutio fuit, cum Augustino loquamur, non mendacium, sed mysterium. Quemadmodum enim Confessarius & hominis, & Dei personam gerit; sic & Angelus qui Dei legatione fungitur sub specie hominis. Et sicut Confessarius sine mendacio quadam proferre potest ut homo, & quadam ut Dei minister; sic & Angelus in humano commercio more humano loqui potest sine mendacio. Plurimos alios Scripturae textus, quos expendit Augustinus, missis factio. Nam si quis etiam obstrime contendere, aliquem ex sanctis Patriarchis mentium fuisse; non ob id quidquam concluderet adversus nostram, & communem Catholicorum sententiam: quoniam tunc mendacium reicemus, tamquam imitatione indignum. Lubet transcribere verba Augustini ex Lib. cont. mend. cap. ix. Unde constat quod non omnia que a sanctis vel iustis viris legitima facta, transferre debeamus in mores; sed etiam hinc discere quam late pateat, & quousque perveniat quod Apostolus ait Galat. vi. Fratres, estis preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, intrinsece huiusmodi in spiritu lenitatis, intendens te ipsum, ne & tu tentaris... In omnibus autem actibus vestris maxime etiam bonus turbant compensativa peccata, ita ut nec peccata existimentur, si habeant tales causas propter quas fiunt, & in quibus videatur peccari potius, si non fiunt.

## CAPUT XIX.

Aliqui textus evangelici adducuntur, qui affirmant solent in favorem restrictionum mentalium, & explicantur.

I. NON modo ex veteri testamento, sed etiam ex Evangelio aliqui obducuntur textus in favorem restrictionum mentalium. Tres celeberrimos referam. Primus habetur Io. vii. ver. 8. *Non ascende ad diem festum hunc, quia meum tempus nondum impletum est. Hic cum dixisset, ipse mansit in Galilea. Ut autem ascenderunt fratres eius, tunc ipse ascendit ad diem festum, non manifeste, sed quasi in occulto.* Alium textum opponunt ex Matth. xxiv. & Marc. xiii. ver. 32. *De die autem illa, vel hora nemo scit, neque Angeli in celo, neque Filius, nisi Pater.* Alium denique ex Luca cap. xxiv. ver. 28. *Et ipse sine finit longius ire.*

II. Antequam ad singulos textus responsum præbeam, cum D. Augustino animadverto, Christum Dominum plurimum in Evangelio figurate, & sub parabolarum tegumentis locutum fuisse. Quæ vero imperitis mendacia videntur, mysteria sunt, figuratæque locutiones. Sed Augustinum audiamus Lib. de mend. cap. xxi. *Elucet itaque, discussis omnibus, nihil aliud illa testimonia Scripturarum monere, nisi nunquam esse omnino mendacium. Quandoquidem nec ulla exempla mendaciorum imitatione digna in moribus, factisque Sanctorum inveniuntur, quod ad eas attingit Scripturæ que ad nullam figuratam significationem referuntur, sicut res geste in Actibus Apostolorum. NAM DOMINI OMNIA IN EVANGELIO, QUÆ IMPERITIORUM MENDACIA VIDENTUR, FIGURATÆ SIGNIFICATIONES SUNT.*

III. Nonne omnes fatemur? Scripturæ textus plures excipere sensus, quorum alii clariores, alii obscuriores sunt, alii spirituales? Hinc est quod Deus, ut confusionem tolleret, statuit Ecclesiam suam esse sapientem iudicem, nulli errori obnoxium, qui decernat, definitaque legitimum, & genuinum sensum a falso. Quia vero extra hanc unicam Ecclesiam quilibet sibi usus interpretandi Scripturas, quique etiam propriam profiteretur religionem, inter quos nullus ordo, nulla unitas, nulla Ecclesia, sed confusio, & maxima perturbatio. Porro, si in nostris sermonibus licitum foret sacros Scriptores imitari in utra-

figu-

figurarum, troporum, & allegoriarum, humanum commercium abrumberetur; omniague confusio, & perturbata evaderet; & Respublica humana eligere sapientem iudicem, seu interpretem nostrarum locutionum deberet; sicut Deus pro Scripturæ sanctæ interpretatione designavit Ecclesiam. Verum, ut his incommodis occurreret, nobis in suo Evangelio formam locutionis in responsionibus adhibendam præscripsit his verbis: *Sit sermo vester: Est, est, non non.* His præmissis, ad singulos textus respondet.

IV. Primus qui opponitur textus nullam præferre difficultatem, si integer consideretur. Nec opus est ad textum græcum recurrere, in quo, loco Non legitur, *Nondum ascendo*, ut oblectari sanctus Gandavensis in sua *Concordia*, lxxiii. & Erasmus ipse facit, exemplaria a se visa pro non habere *nondum*. Sed his non indigemus, quia sensus illius narrationis clarus, & obvius est. Si quidem Christus sciebat, tempus passionis sue nondum advenisse; prævidebatque fratres suos, seu consanguineos evulgaturos eius iter in Iudæam, si illud esse manifestasset; ac proinde Iudeos ipsum ad mortem questuros. Hæc omnia ex textu prævio patent. *Dixerant autem ad eum fratres eius: Transi hinc, & vade in Iudæam; ut & discipuli tui viderent opera tua.* Quid primum respondit Christus? *Tempus meum nondum advenit;* ver. 7. Porro addit ver. 8. *Vos ascendite ad diem festum hunc: ego autem non.* (vel secundum græcum textum, qui prime responsionis optime coheret, *nondum*) *ascendo ad diem festum istum.* Dixit ergo Christus, *Non ascendo*, ut occultaretur; addidit *istum*, ne mentiretur. Hæc interpretatio tota est Augustini serm. cxxxiii. nov. edit. n. 7. *Hoc ergo ne illi præventur, & eum venturum esse nuntiarent, & præpararentur insidie, Non ascendo, inquit, ad diem festum istum. Dixit, Non ascendo, ut occultaretur; addidit istum, ne mentiretur. Aliquid insidit, aliquid disidit; nihil tamen falsi dixit.*

V. Hæc interpretatio adhuc clariore evadet, si & rationem quam Christus allegat, & verba quibus suum iter in Hierusalem narrat, consideraverimus. Porro hæc est ratio cur Christus non ascendit: *Quia meum tempus, inquit, nondum advenit.* Ecce quomodo ex verbis ipsius Christi manifeste colligitur, ipsum non negasse absolute, se profecturum in Hierusalem; sed solum dixisse, se cum Ius fratribus, & publico stipatum comitatu, nolle ascendere. Bis siquidem repetit, tempus suum non-

*dum advenisse, seu nondum impletum esse;* & relate ad hæc responsionis formam intellegendum alia verba, non *ascendo*; quia nondum venit hora mea. Nonne ex hac responsione quilibet prudens colligit: Ergo ascendit, cum ipse indicabit tempus suum advenisse? Hæc omnia, non vi alieus restrictionis interna, sed vi verborum manifesta sunt; atque confirmantur, si advertamus festum Senepegie, de quo nunc est sermo; pluribus diebus constasse, quarum prima Iolemnior erat. Negavit ergo Christus ad primam, vel secundam diem; ad quam ibant eius fratres, se ascensurum; & ideo dixit, *Nondum advenit* &c. Ascendit autem postea, nempe tertia, aut quarta die, non manifeste, sed quasi in occulto; quæ verba non eum sensum prodant, ut Christus in mente retinere illud manifeste; & quod illius responsio vera sit, attenta eiusmodi restrictione mentali, sicut contendebant olim auctores restrictionum pure mentalium, & nunc contendunt auctores restrictionum earundem, quæ tamen non pure mentales ortentur alii qui vocant. Hæc subtilissima interpretatio opponi ad summum potest, si eadem ipsa die ascendisset in templum Hierusalem; aut nisi verbis externis declarasset se christi non ascensurum ad festum illud ad quod fratres sui ascendebant. Immo, inquit Augustinus, ego non ascendo ad festum; sed addit *istum*, ne mentiretur, indicans quod mentitus fuisset, si adversarium illud manifeste in mente retinisset, nihil exterius addendo; & propterea addit *istum*, ne mentiretur. Hæc omnia iterum evidenter confirmat Augustinus tract. xxviii. in Ioann. *Non ad hunc, id est ad quem vos vultis, primum, vel secundum diem. Ascendo autem postea, ut Evangelium loquatur, mediato die festo, id est quoniam iam dies festi tui dies præterissent quam remansissent.* *Ipsum enim festivitatem, quantum intellegendum est, diebus pluribus celebrabat.* Hæc est unica, & germana interpretatio, quæ naturaliter ex sensu litterali proficit. Quoniam Christus respondit iuxta mentem peccentium, qui poscebant ut ascenderent secum palam. *Transi hinc, & vade in Iudæam, ut & discipuli tui viderent opera tua que facis. Nonno quippe in occulto quid fecit, & quævis ipsam palam esse. Si hæc facis, manifesta te ipsum mundo.* In sensu ergo interrogantium respondit Christus se non ascendere; sicut si dixissent, *Veni nobiscum;* & ipse respondisset, *Nolo venire.*

VI. Ad secundum textum, qui difficilior est, mul-



multiplex est Patrum responsio; nulla tamen faveat restrictionibus mentalibus. In primis D. Ambrosius *Lib. V. de fide c. 111.* cum pluribus aliis dubitavit, num illa particula *neque Filius* ad textum pertineat, an ab Ariani lubdole addita sit. Textus enim evangelicus Matthaei sic habet: *De die autem illa, & hora nemo scit, neque Angeli colorum, nisi solus Pater.* Hieronymus vero in hunc locum Matthaei scribit suo tempore in quibusdam latinis codicibus eundem Matthaei additam fuisse particulam *neque Filius*; quae tamen in grecis, & maxime *Adamanti, & Prieri*, exemplaribus non habebatur. Sed, inquit Hieronymus, *quia in nonnullis legitur, differendum videtur.* Igitur quia probavimus nos ignorare Filium consummationis diem, causa reddenda est cur ignorare dicatur. Post resurrectionem interrogatus ab Apostolis de die, manifestum respondit. Non est vestrum scire tempora, vel momenta, quae Pater voluit in sua potestate. Quando dicit, Non est vestrum scire, ostendit quod ipse sciat; sed non expedit nosse Apostolis. Denique & consequens Evangelii sermo id ipsum cogit intelligi. Dicens quoque Patrem scilicet nosse, in Patre comprehendit & Filium. Omnis enim Pater Filii nomen est.

VII. P. Dominicus Soto in IV. Sentent. dist. xlix. q. 11. art. 2. de laudato textu scribens inquit: *Nihilominus nefas esset, & haereticis dicitur, ut quidam hesitant, illam apud Marcum vocem existere, propterea quod non sit apud Matthaeum.* Et post Concilium Tridentinum nemo Catholicorum hac de re quaestionem movet. Soto loco laudato comparat Christum Confessario: sicut enim Confessarius multa scit ut Dei minister, quae ignorat ut homo est in humano commercio; ita & Christus, ut legatus Patris aeterni, multa habebat sub sigillo, quae prout magistru exercebat Apostolorum, ita nescire dicebat.

VIII. D. Augustinus pluribus in locis explicat laudatum textum. Ennar. in Plalmum. vi. *Obiit ergo quod nescit Filius hoc novit? Quod utique idem dictum est, quia per Filium homines hoc non discunt, non quod apud se ipse non novit, sed secundum illum locutionem.* Tentat vos Dominus Deus vester, ut sciat. *Deuter. xlii. id est scire faciat eos:* & Exurge Domine: id est, fac nos exurgere. Cum ergo ita dicatur nescire eos faciat quibus hoc non expedit scire, id est non eis hoc ostendat &c. Similia scribit Augustinus Lib. I. de Trinit. cap. xli. *Hec enim nescit quod nescientes facit; id est quod non ita sciebat, ut tunc discipulis indicaret;*

sicut dictum est ad Abraham: Nunc cognovi quod timeas Deum: *Gen. xlii. id est nescit ut cognosceres: quia & ipse sibi in illa conversatione probatus invenit.* Nam & illud utique dicitur erat discipulis tempore opportuno: de quo futuro, tamquam praeterito, loquens ait: lam non dicam vos servos, sed amicos. Servus enim nescit voluntatem domini sui. Vos autem dixi amicos, quia omnia quaecumque audivi a Patre meo, nota feci vobis. *Joan. xv. Quod nondum fecerat, sed quia certo facturus erat, quasi iam fecisset, locutus est: ipse enim ait: Multa vobis habeo dicere, sed non potestis illa portare modo: Joan. xvi. Inter quae intelligitur & de die, & hora.*

IX. Si omnia quae in Evangelio a Christo dicta referuntur, litteraliter explicare velimus, multa & pungentia, & mendacia impertitis apparebunt; sed peritis mysteria sunt, & propheticae locutiones. Christi, inquit Augustinus, non raro pro futuro praeteritum, & contra, usurpat. Numquid & nobis licita erit eiusmodi locutio? Saepae etiam Deus verbum quod usurpat pro approbatione, & nescio pro probatione, ut docet Augustinus Lib. lxxxiii. quaestionum, q. ix. *Sicut scire Deus dicitur, etiam cum scientem facit, sicut scripsum est: Tentat vos Dominus Deus vester, ut sciat li diligatis eum. Non enim sic dictum est hoc, quasi nesciat Deus, sed ut ipse sciat quae in Domino dilectione profecerunt, quod ipse restrictionibus, quae accidunt, non plene ab hominibus agnoscitur.* Et ipsum tentat pro eo positum est quod tentari solet. *Sic & cum dicitur nescire, aut pro eo dicitur quod non approbat, id est in disciplina, & doctrina sua non agnoscit, sicut dictum est, Nescio vos; aut pro eo, quod nesciter nescientes facit, id quod scire invidio est. Ideo bene accipitur id quod dictum est, solum scire Patrem, sic dictum esse, quia facit Filium scire: & quod dictum est, nescire Filium, sic dictum esse, quia facit nescire homines, id est non prodit esse quod insuliter sciunt.*

X. Alii Patres, ut Cyrillus Lib. IX. Theaur. cap. iv. & Lib. II. de fide ad Regni. Athanasius *serm. iv. contra Arianos*, Origenes *hom. xxx. in Matth.* Gregorius Nazianzenus *orati. xxxvi. n. 50.* citatum locum interpretantur de Christo locutionem humanitatem, non quod Christus ut homo diem illum ignoraverit; sed quod illum diem vi humanitatis nescierit, quamvis illum scientia infusa sciverit. Hinc interpretationi accedit quoque S. Basilii *epist. 1. ad Amphibol.* Darnalcenus *Lib. III. de fide cap. xxi.* Quare dum aliqui Patres dicunt, Verbum nescire illum diem ut hominem, be-

ne vero ut Deum, intelligendi sunt, dixisse Christum, ut hominem, id est ex conditione naturae humanae, seu vi, & merito ipsius humanae naturae illum diem ignorasse, licet scientia infusa ut homo etiam diem illum manifestum haberet. Haereticis Agnoite, quos refert Gregorius *Lib. VIII. regis. epist. xlii.* Christo ut homini ignorantiam tribuebant: quem erorem omnes Catholici damnant.

XI. D. Th. III. Par. q. x. art. 2. ad 1. confutata interpretatione Artanorum, & Euphronianorum, alias Patrum interpretationes recenset. Origenes loco citato textum exponit de Christo secundum corpus eius, quod est Ecclesia. Alii interpretantur de filio adoptivo, non naturali. Sic enim inquit Angelus: *Origenes tamen hoc exponit de Christo secundum corpus eius, quod est Ecclesia, quae hoc tempus ignorat. Quidam autem dicunt, hoc esse intelligendum de filio Dei adoptivo, non naturali.*

XII. Chrysothomus *hom. 111. de Trinit.* Epiphanius in *Ancurato*, & D. Bernardus *Lib. de gradibus humilitatis*, exponunt, Christum locutionem fuisse de scientia practica, quae executionem secum deferret: ut quia nondum iudicium universale exerceret, ideo dixit, se practice nescire illum diem.

XIII. Omnes istas varias interpretationes recensere congruum duxi, ut hinc lector colligat, quam infirmum sit argumentum illud quod ex laudato textu obicitur defensoribus restrictionum mentalium. Nam iuxta omnes Patres, figurata locutione ibi Christus usus est, quamvis variis modis eam explicent locutionem. Expositionem Augustini, quae pra aliis detorquetur posse in favorem restrictionis mentalis, ex dictis constat non modo non favere, sed aperte easdem restrictiones oppugnare. Et in primis, si laudatus textus faveret restrictionibus mentis, sane faveret restrictionibus pure mentalibus, & re ipsa istarum Auctores textum illum ut sibi faventem assererent. Haec namque locutio absolute prolata, *Nescio hunc diem*, retento in mente hoc addito, ad dicendum, est restrictio pure mentalis: nisi aliqua circumstantia exterior, quae afficiat, & moderetur ipsam locutionem, illam restrictionem exteriorem constituat. Finis autem utilitatis, vel incommodi est quid omnino disparatum ab ipsa locutione. Haec liquidum utilitas, vel inutilitas communicandi scientiam vel necessitas occultandae veritatis est quid universale respectu cuiusque locutionis, quae veritas obtegatur: & cum variae sint locutiones, quibus veritas occultatur, non potest di-

ctus finis intrinsecus unam pra alia ad peculiarem determinare significationem.

XIV. Secundo verba laudata Christi Domini nullo modo detorquetur, possunt ad defensionem restrictionum mentalium quas homines in civili commercio adhibere illucite solent. Nam ea locutio quae in Christi ore vera est, in hominibus falsa esse potest; sicut illa responsio quae ore Confessarii prolata vera est, ore alterius hominis falsa evadit. Quia fenti Confessarius hominis, & Dei personam gerit, & in civili commercio loquitur ut homo, non uti Dei minister, quae de re infra: ita iubiliorum modo Christus Dominus, & divinae legationis, & populum magistri officii exercebat, Deus & homo, legatus aeterni Patris, & generis humani Doctor reipra erat. Ratione humani dignitatem propria profere poterat ut vera, quae in privato homine essent falsa. Plura praeterea ad mentem interrogatum, quae illi nota erat. Plures esse poterunt circumstantiae ipsam responsionem afficientes, quae responsionem illam discipulis petentibus intelligibilem reddere poterunt. Quae omnia nobis cum sit ignorant, & cum nullus homo Christi dignitates varias, & infinitas possideat: consequitur, nullum hominem arrogare sibi posse omnes formulas locutionis quibus Christus utebatur; quemadmodum nec Confessarii locutiones omnes ceteri homines licite adhibere valent.

XV. Tandem concludo cum D. Augustino *Lib. de mend. c. xxi. Domini omnia in Evangelio, quae imperitioribus mendacia videntur, figurata significationes sunt.* Quare iure ac merito Clerus Gallicanus anno 1700. damnavit sequentem propositionem: *Patriarchis, Prophetae, Angeli, ipse Christus agitocantibus, sive amphibolice, & restrictivis us sunt.* Haec, inquam, propositionem his centuris perstrinxerunt doctissimi illi Patres. Haec propositio scandalosa est, semivaria: mystice, prophetica, parabólica, sive economica ad insinuandam alterius veritatem dicta, vel tacta cum vulgaribus gestis confundi: Sanctum acta ludibrio veriti: ipse etiam Angelis invariola: erga Christum contumeliosa, & impia.

XVI. Impia sane est praefata propositio: quia peccatum Christo Domino tribuit. Omnes namque Doctores, vel ipsi restrictionum defensores, fatentur peccatum esse uti restrictionibus mentis, seu amphibolis excogitari in Christo potest quae illum ad violandam sinceritatem adegerit, cum necessis modis potuisset sua infinita sapientia & celare quae ce-



reque illi, in tali eventu dicendam esse falsitatem seu mendacium pro salvanda hominis vita, & anima sui, nullo modo peccat, quia sequitur regulam conscientiae suae. In talibus enim circumstantiis dari posse ignorantiam invincibilem malitiae talis mendacii in aliquo homine, concedere videtur Raymundus. Licet enim mendacii absolute accepti nulla detur ignorantia innocens; nihilominus, quando mendacium talibus gravissimis circumstantiis implicatur, videlicet cum profertur pro salvanda hominis anima, vitaeque simul; non est adeo evidens, neminem posse invincibiliter reputare licitum mendacium. Perpendenda sunt illa ultima Raymundi verba: *Quia hic non mentietur, id est non ibit contra mentem*. Mentem hic sumit Raymundus pro conscientia, ut animadvertit etiam Ioannes de Friburgo in commentariis ad hunc locum. Quando ergo dicitur, *Mentiri est contra mentem ire*, hic mens sumitur pro conscientia, seu notitia in mente extante: cui notitia & cognitio mendacium formaliter acceptum advertebatur. Ceterum, si conscientia iudicet, dicendum esse mendacium pro hominis vita; tunc mendacium illud non erit contra mentem, sumptam pro conscientia; licet contra mentem, acceptam pro conscientia, qua in mente reperitur. Illud autem mendacium est contra mentem acceptam tum pro scientia, tum pro conscientia, quod, non animo occidendi veritatem, sed libidine fallendi fit, inquit Augustinus Lib. de mend. c. xiv. *Quarum, quod fit sola mentiendi, fallendique libidine, quod merum mendacium est... Sextum genus, quod & nulli obest, & prodest alicui; velut si quisquam pecuniam alicuius iniuste tollendam, sciens ubi sit, negare se mentiatum, quomodoque interrogante, Spiritum, quod nulli obest, & prodest alicui; velut si velens hominem ad mortem questum prodere, mentiare, non solum iustum, atque innocens, sed & reum, quia christiane disciplina sit, ut neque de cuiusquam correctione desperetur, neque cuiquam penitenti aditus intercludatur. De quibus duobus generibus, quae solent habere magnam controversiam, satis tractavimus; & quod nobis placeret, ostendimus, ut*

*superiendis incommutatibus, quae honeste, & fortiter tolerantur, haec quoque genera delectantur a fratribus, & fidelibus, & variabilibus viris, ac feminis. Augustinus ergo dicit, forte, fidelesque viros reque pro hominis salute, sive temporali, sive aeterna, mentiri unquam debere. Raymundus vero asserit, quod si homo reperitur tam imbecillis, cui eius conscientia fudeat, in hac difficillima controversia licitum esse proferre mendacium, tunc non peccabit, nec mentire libidine fallendi, nec ibit contra mentem, id est conscientiam. Haec est germana Raymundi mens.*

VIII. Obiicias 4. Annibaldus in III. Sent. dist. XII. art. 3. ad 2. ait: *Dicendum, quod mendacem orationem proferre potuit (Christus) materialiter; non tamen significatice, & ideo mendax esse non potuit*. Ut responso haec intelligatur, referenda est obiectio. *Si dixerit quod non nocet &c. Ioan. VIII. Sed sic dicere potuit. Ergo mendax esse potuit*. Clare nunc colligitur, Annibaldum non aliud docere, nisi quod Christus potuit narrare mendacem locutionem Iudaeorum, seu proferre mendacium materialiter, non significative, seu affirmanter; eo modo quo nos cum Plalmista canimus: *Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus*; quae sane verba materialiter seu historice a nobis enuntiantur. Id clarus evadet, si integer evangelicus textus, quem in obiectioe Auctor indicat, transcribatur. *Et si dixerit, quia non scio eum, ero similis vobis mendax. Sed scio eum, & sermonem eius servo*. Nonne hinc evidentiissime patet, historice tantum, seu materialiter protulisse Christum praefata verba, *si dixerit &c.*? Petro aliud longe diversum est adhibere verba ad exprimendos proprios conceptus materialiter, seu spoliata omni significatione; quod abique mendacio fieri nequit. In primo casu, qui illa profert, non ius utitur, ut suos conceptus prenart, sed ut aliena sentia narret. Qui vero verba usurpat, ut sua secreta aliis communicet, iam ordinem pervertit naturae, sicuti suo loco probavimus, nisi ut signa representantia sensus internos illa adhiberet.

## MONITUM IN SEQUEMTEM APPENDICEM.

QUE Dissertationi secunda Libri tertii in Decalogum Auctor nescienda conscripserat, omiserat tamen, proptereaque in ceteris praecedentibus editionibus huius Operis desiderabantur, nunc e tenebris eruta publici iuris facienda cenlui. Cum post absolutam eiusmodi Dissertationis impressionem tantummodo praesto fuerint, haec ad Tomi calcem revidere coactus sum. Si cui dubium de illius Appendicis authentia suboriretur, nec est illi conformitate, tanquam ex propriis velut lineamentis hominem; P. Danielelem Conciniam recognosceret, in Bibliotheca SS. Ioannis & Pauli Venetiarum assertivum autographum consulendi libera esto facultas.

DE RITIBUS SINENSIBUS, ET MALABARICIS

## APPENDIX

Ad Dissertationem II. Libri III. in Decalogum post caput II. referenda, in qua varia capita distributa.

### CAPUT I.

*Superfluo Sinensium Rituum. Sedis Apostolicae in eisdem Decreta, & Constitutiones.*

INstitutum proderem mentem, si dum de superstitione sermonem habeo, Sinensium Rituum superstitionem, quae ad nunc & amplius seculo uberem disputandi atque in utramque decertandi partem, materiam dedit, silentio premerem. Princeps distidi occasio, cultus Confucio tributus. Celebris si fuit Philosophus ante Christum natum secula circiter quinque. Illum nobis refert P. le Comte fere tamquam evangelicae disciplinae Doctorem, omnium naturae virtutum ornameto refulgentem. Tempia eidem ergunt Sinenses, & sacrificia libant. In Aequinoctio Veris, & Autumni pilos, & sanguinem porci offerunt; victimas immolant, infantem adolent; vini calicem in honoremque paleis factum effundunt, pannum sericum, nummosque papiragos incendunt. Literati omnes gradibus insigniti in sacrum Confucii Templum accensis cereis ingrediuntur, quater genua flectunt, fronte terram percutiunt, prostrati Confucii spiritum adorant. Mandarinis sacerdotio funguntur. Progenitoribus mortuis templa construunt Sinenses; tabellas appendunt inscriptas his litteris: *Sedes, aut Thronus animae vel Spiritus N. N. Vere, & Autumnum insitutum solemniter*; patresfamilias sacerdotes agunt: porcum, & capram

maectant: effuso in aurem vino victimas probant: libant fructus, & legumina. Haec dubio procul sunt sacrificia quae progenitoribus mortuis offerunt Sinenses. Insuper Confucio in sacris aedibus illi dicatis tabellas appendunt inscriptas aureis litteris: *Sedes animae sanctissimi, & superexcellentiissimi Confucii*. De hac controversia docte de more, & praestita sibi brevitate, prout sui instituti ratio postulat, scripsit nuper Cl. P. Magister Laurentius Berti Angelicae Bibliothecae Praefectus in quarto lux Theologiae Tomo Lib. XXIII. cap. XIV. Anno MDCCXL quod hinc Tomum in lucem Romae edidit, nondum emanaverat celeberrima Constitutio *Ex quo singulari*, quae, supremo afflante Numine, controversiae gravissime finem tandem imposuit. Quare prudenter ille disputationem insitutum, & definitam a S. Sede doctrinam sapienter in antecessum prognovavit. Imprudens ipse forem, si existimant litteris resistentem, sententiamque extra disputationis aeam constitutam in discrimen adducerent. Quid ergo praestabo? Missa quatuordecim contentione, paucis perstringam quae in carta apostolica Constitutione habentur. Si integro & amplius seculo disputatum est, non expediet una hora declarare sententiam quam Romana Sedes tandem aliquando rogavit? Sed quod potissimum me ad scribendum hoc de argumento adiecit, studium fuit vindicandae Pontificae Constitutionis *Omnium sollicitudinum* ad auidacissima calumniam referentissima scriptioe idiomate Gallico typis